

ostingentesimo sexagesimo quinto aera instrumenta, quæ campanas dicimus, usi esse cepisse Græcis, missis ipsi a Duce Venetiarum Urso Patriaci ad Michaelem Imperatorem. Baro. Rom. 10. Annal. an. 665.

MATERIA.

Campanarum materia plerumque est æs, cui alia metalla præstantiora nonnunquam permiscetur, ut magis sonora sint, & ad recti alicujus toni resonantiam edendam aptentur, quo fit, ut frequenter argenti certum pondus excellentioribus addiciatur.

Reperiuntur & plerisque locis Campanæ argenteæ, sed cum subtiliorem edant sonitum, non sunt in frequenti usu, præterquam in Sacellis minoribus, aut privatis ædibus.

Etiã figuratas campanas igne decoctas alibi invenias, quarum pistillum lignum. Usus illarum servitius, qui tintinnabulis velut organo concentum musicum, qua in re Belgæ excellent; excitare adducunt, ne pulsu magis sonoro, & incondito aures obduant, suamque insicriam evulgent.

Notat Ortelius ad Tab. Ayslinorum, illos in templis more Christianorum campanas habere, sed plerumque saxas. In Theatro Orb. 101.

MOLES.

Maximæ, & stupendæ molis Campanæ conspiciuntur, immò supra omnem fidem, testis est ingens Campana, quam Ambrosius Præsul, Rothomagi in Gallia fundi curavit, & in primaria Ædis sacre turri pensile esse voluit, ponderis xl. millium librarum, ut constat ex inscriptione eam ambiente, cujus nos meminimus in loco de Inscriptionibus. Tit. Campanarum.

Habet & Germania Superior ingentes Campanas, uti & Inferior illi hæc in re nullatenus cedens, cum vix oppidum, immò & municipium reperias, ubi non hæc machina, quarum sonus ad plura millia per circuitum percipiatur. Nihilque magis usitatum hic, quam campanas in turribus suspendere, quæ xvi. mille pondus, & amplius librent, quales & Antuerpiæ, Mechliniæ, Bruxellæ, Brugis, Cameraci, & passim alibi habentur, magno civitatum ornameto.

Superat tamen alias Europæ, Campana Erfordiensis in Turingia, excedens Rothomagensem quinque librarum milibus.

EARUM TYPI, USUS, ET ABUSUS.

Quod in veteri testamento tubæ, id in novo, Campanæ: scilicet ad convocandum populum ad divina officia, ut tradit Rupertus Abbas.

Adumbrant etiã Prædicatores, ait D. Hieron. quos insuper significat clangor tubarum. At tubæ erant magis corruptiles, cum essent minus solidæ; Campanæ autem nostræ ex ære sunt, & admodum sonoræ, quippe in omnem terram, & finem sæculorum sonus prædicationis extenditur, & extensus fuit: cum tempore Judæorum duntaxat in Judæa notus esset Deus. Videatur Durand. in Rationali.

Sed & ad populi conventus faciendos Campanæ signum adhibetur; atque in Republica variis, ac necessariis usibus deservit. Quippè & ad distinguenda tempora, horasque signandas opportuna sunt Campanæ, uti & tempore belli, dum ad arma concitandi Cives. Insuper victoriæ, & triumphi sunt nota, dum certo tempore pulsantur, lætoque murmure applausui immiscent, & ad commune gaudium provocant. Denique mortuorum memoriam resicant apud Christianos, dum lugubrem ululatum pulsando præterunt, quo & finis omnium communis monemur, & ad preces pro defuncti refrigerio Deo persolvendas excitamur.

Cæterum Campanarum sonitu abutuntur, qui ad seditiones excitandas, Civileseque motus, & rebelliones ciendas eis utuntur. Quomodo superiori sæculo memorie traditum, Gandavensium (Flandriæ populus est bellicosus, & natalibus Caroli V. Cæsar cuiusque nobilis) ut ad seditiones nonnihil proclives erant, solitos majori Campanæ, quam habebant, & Rolandi nomine etiamnum appellatam, Cives suos ad arma, & rebellionem convocare. Quo factum, ut Carolus V. Cæsar rebellionem eorumdem compressa, etiam Campanam illam agrè passus fuerit, integram manere, sed penitus jussit communi tanquam infame tantarum rebellionum instrumentum, verum optatum patrociniò servatam servari, hæc

tamen lege nè deinceps pensilis maneret, sed horarum dumtaxat indiculo deserviret, & in peccatam, notabile fragmentum E circum oram, quò omnis alternati pulsus spes prædiceretur, & non nisi rauco murmure perforante evelleretur, quod & accidit, uti Campana ipsa rebellionis aviz monumentum superstes docet.

Quomodo autem Ecclesia ad repellendas aereas tempestates, Dæmones arcendos, & varia pietatis exercitia, Campanarum usum adhibeat, videatur in loco de Benedictionibus. ubi nonnulla hujus rei documenta, & exempla, ex lucubracionibus variis retulimus. Quibus sequentia hoc loco addimus.

Cum aliquando frater quidam Joannes nomine, natione Italicus, regularis disciplina sevetitate fastidians, etiam fugere de monasterio cogitaret, ipse ei diabolus Abbatis specie assumpta se obtulit: nam duobus dæmonibus in specie monachorum se comitantibus, fratri in quodam monasterii loco secreto soli residendi, multaque secum volventi, opportunitatem fallendi tempus se invenisse credens, apparuit, equis affidens dixit: Ego (frater) modò hoc hospitium causa diverti, sed casu te conspicies, agnovi multa te sollicitudine laborare, multoque in corde tuo cogitationum ælius versare. Quorum causa, licet quibusdam referentibus mihi ex parte nota sit, si tamen eam plenius indicaveris, potero forsitan utile tibi dare consilium. Unde, quis visis, & quare mœtus sis, amico querenti exponere. Cumque frater ille ignoto, ut putabat, hominifera creta cordis sui aperire formidaret, & se tantummodo natione Italicum esse respondisset: dæmon, qui monachus videbatur, adjunctis Et ego ipsius regionis Abbas sum, & tibi bene in omnibus auxiliari possum. Novi enim, licet tu reticeras, quòd Abbas monasterii hujus, & cæteri male te tractant, neque, ut dignum esset, honorant; insuper multis sæpe injuriis vexant. Unde admonere, ut tibi consulas, & locum hunc omnimodis perniciosum delinquens mecum recedas. Paratus sum enim te ab his malis eripere, & Abbatiam meam, quæ Crypta ferrata dicitur, perducam, omni te ibi honore sublimare. Ad hoc frater respondit: Ego hinc exire nullo modo possum, quia & clausura monasterii prohibet, & fratrum me multitudo circumdat. Tunc diabolus: Nec ego, inquit, quamdiu hic fueris, te in aliquo juvare poterò. Sed fac qualibet arte, ut septa monasterii transgrediaris quòd postquam feceris, ego statim adero, teque ad locum meum, ut dixi perducam. Sed misericors Deus, qui non permittit nos tentari supra quàm ferre possumus, non ultra passus est hostem procedere, sed scriptum est, Ipsi fecit illum, applicavit gladium ejus. Quando namque hoc agebatur, frater conventus in refectorio, ex consuetudine, hora coenandi refidebat: qua expleta à Priore secundum morem, uno istu scilicet percussa est. Quo sono audito, mox dæmon, qui Abbatem se fingebat, actus divina virtute, à fratre, qui loquebatur, se abripuit, & præcipiti cursu, ac maximo impetu ad latrinas, quæ proximæ erant, vidente fratre jam dicto, in earum se inferiora demersit. Pet. Vener. Abb. Clun. l. 1. mirac. c. 13.

CAMPANÆ PER SE SONANTES.

Scribit Leonar. Vairus l. 2. de fascino, in Celtiberiæ oppido Villilla campanam esse, quam vocant incolæ campanam miraculorum, per aliquot mentes priusquam respu. Christiana aliquid ad verbi patiatur, hæc ex seipsa nemine pulsante sonare solitam, cujus rei, ut ait, testimonium per publicos tabelliones hinc oculis egomet legi, præter fidem, quam de eadem re illius regni Proreges faciebant suis literis. cap. 14.

In Monasterio Rodkensi, quod B. Meinulphus confessor H exædificavit, quoddam miraculum ordinarium contigit superioribus annumerandum: Tintinnabulum, inquit, quoddam magnum æneum bene sonorum ibi reverenter asservatur: nam quoties aliqua ex ejus monasterii fororibus brevi erat abitura è vita, absque ullo humano ministerio perforstem reddebat sonum. Gobel. Persona in vita S. Meinulphi.

Anno à Christo incarnato millesimo sexagesimo secundo, cum fames intolerabilis Flandros premeret, grandisque multitudo hominum panis querendi gratia conflueret Aldemburgum, repertus ibi quidam prima luce, qui dum febrilio, prohibuit Sacerdos Codobertus, ne pulsarentur campanæ, eò quòd homo esset ignotus. Sed ecce stupentibus cunctis qui aderant, prodigio per ara illa (mirum dictu) personaverunt Meserus, l. 1. bist. Fland. ad annum 1062.

Regis Dagoberti tempore sanctus Præsul Ursinarius in Flan-

Flandrensi provincia prædicans, sub honore sancti Petri A Apostoli iplo sibi revelante Ecclesiam Maldemburgensem oppido ædificavit, & consecravit, quam Deus multis miraculis usquaque glorificavit. Inter quæ illud tam mirabile, quàm inauditum antea, exitit, quod hoc anno Dominici nocte natalis contigit. Campanarum præfatæ Ecclesiæ, vehementi vento flante, à suis locis evulsum ad terram fuit penitus inversum, ita in aere pendens, & ruina in populo, quæ semper calurum, & cuncta vicina contracturum cerneretur. Sed cum per sex noctes, & dies id tractaretur à populo, qualiter hinc inde extractis machinis sursum erigeretur, & utcumque loco suo relocaretur, pridie Kalendas Januarii, circa noctis medium adveniens virtus divina totam ecclesiam intus, & foris implevit luce ignea, & campanarum ad terram reclinatam totum simul crexit, ac firmiffimè locis suis relocavit, & campanas ibi dependentes non sonare compulsi. Sig. ad ann. 1081.

AD SONITUM CAMPANÆ FUGATI HOSTES. Mortuo Theodorico Principe, Clotharius Rex in Burgundiam veniens hostili manu armatum Bildebodem Ducem mistit Senones. Illo ergo tela atrociter in oppidum vibrante, S. Episcopus Lupus in Domino fidens, ad protomartyris S. Stephani ædem se contulit: cumque ad convocandum populum signum ecclesiæ tangeret, viribus hostes destituti, tantoque furore correpti, ut nullam sibi salutis opem superesse putarent, nisi fuga sibi consulerent. Clotharius autem Rex ubi compersisset, campanam illam sonum edere gratissimum, iussit eam Parisios transferri, ut ejus tintinnu sæpius deleteretur. Displeuit ea res B. Episcopo. Itaque mox ut ablatæ à Senonibus, omnem foni gratiam amisit. Id Rex intelligens, ocyus jubet suos illum loco restituat. Ubi autem ad pontem Senonicum ventum esset, redit illi pristinus sonus, & ob sancti viri merita, septimo millario auditus est. Surius 1. Sept. in A. S. Lupi.

SILENTI TRIDUO ANTE PASCHA.

Ex Institutione Ecclesiæ signorum, atque campanarum sonus retinetur, ne audiat triduo ante Pascha: ut repræsentetur fuga discipulorum, Christo tradito à Juda, quando nemo eum confitebatur, nam & Petrus cum negabat, & teste S. Mat. Discipuli omnes eo relicto fugerunt. Refert Albinus Flaccus l. de divinis officiis.

BENEDICTIO.

Quære locum de Benedictionibus. Ubi plura de Campanarum benedictione, & earum usu, &c. In loco de Inscriptione, vide de legenti campana Rothomagensi.

* Campi Elifii.

Elyfios Campos veteres vocabant placidiores hominum Desuntur sedes, in quibus perpetua quiete, & voluptate perfruuntur. Quomodo Mahometus post hanc vitam, statuit locum omnium voluptatum carnalium cumulo perfusum, in quo Sæcutores sui sempiternum vivant. Fortassis errori priori locum, & causam dedit narratio de Paradiso, loco voluptatis, in Genesi scripta. Existimabant autem veteres illi, eos, qui bene vixissent, in heros converti: & deinde omni contagione mortalibus absolutos, ad cælestes sedes redire, & vocare sempiterno, & cælestibus deliciis frui. Hinc commenta illa Poetarum tam celebria de Campis Elysiis.

Cancellarius.

Qualis Dignitas? Quære Magistratus consideratus respectu Dignitatis. S. Scribæ, Cancellarii, &c.

Cancer Morbus.

Quære corporis affectio.

Candelabrum. Candelabra.

Candelabri usus apud Judæos. Forma. Præceptum.

Præcepit Deus Moysi in Exod. c. 25. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo. Erat enim hoc candelabrum in Sancto, malleatione productum, ex uno auri talento. Hastile medium utrinque habeat tres calamos, id est, sex universim, & in summitate cuiusque lucernam, quibus

altare thymiamatis, & mensa panum propositionis, ipsamque tabernaculum noctu illuminabantur. Etantque positæ eo ordine ut meridiem, & orientem respicerent juxta Josephum. Lege c. 8. Numeror.

In tabernaculo unicum tantum erat candelabrum, in templo vero Salomonis decem; quinque ad dextram, & quinque ad sinistram, ut patet 3. Reg. 7. Unde corrigendus erit Josephus l. 8. antiq. 2. ubi ait decem millia candelabrorum in templo fuisse, legendum namque est, decem candelabra.

CANDELARUM USUS.

Quære Tit. de Sacrificio. S. Cereorum usus. Benedictio Candelarum. Quando, & ob quem finem fieri consuevit, &c. Consule Tit. de Benedictionibus. Vide Infra Tit. de Cereis.

Donatio.

Henricus Leo Saxonum dux Hierosolymis annuus redditus, quibus cerei ad sepulchrum Domini arsurum compararentur, instituit. Sæcularium Chronici Continuator l. 2. c. 7.

Consecratio.

Cereæ Paschales candelæ ut Dominicæ resurrectionis sabatho per singula templa consecrarentur, Loximus auctor fuit. Polyd. l. 6. c. 7. de rerum Invent. & Polat. l. 22. Plura quæque Tit. Benedictio.

Ufus.

Sabinianus Pontifex instituit, ut censens lampades semper haberentur, potissimum in Ecclesia beati Petri. Platina.

Simonis Andronici Imp. Constantinopolitani bellissima filiola, immatura ætate Servie Crali desponsa, necessariò magis, quàm bona cum gratia, hoc nomen accepit, quòd cum plures puellæ Andronico morentur, à muliere quadam edoctus statuit, atque ordine accendit sub tempore partus, quæ cum in tempus, quo statua Simonia ardebat, incidisset, puella Simonis esse appellata. Pachymerius.

Candidati.

QUI. HABITUS. REPUÏSA.

Candidatos Romani vocabant eos, qui magistratum petiturum in comitia descendeant. Ac in primis, seu servituti omnium oculis exponerentur. De forma, ætate, moribus, conversatione, omnes judicabant. Deinde nomen cuiusque Candidati recitabatur. Tum indicto silentio, pro se quisque dicebat, testes, & laudatores dabat, vitam suam, & merita exponebat. Addebantur deinde suffragatores, qui augerent abis dicta, & factò firmabant. Atque ex hinc omnes illos, qui sine ad magistratum, sine ad gradum aliquem aspirant, modo Candidatos appellamus.

Perinde absque interiore tunica, amicti tantum corpore super nudo Candidati descendeant, ut cicatricum, si quas habebant tanquam patris fidelitatis honesta indicia, facilius populo ostenderent.

Maxima autem infamia erat, si quis Candidatorum post omnia hæc tam solemnia, repulsam pateretur. Quin nonnulli repulsam passi, inventi sunt, qui vel manifestè patrie hostes existerent: ut Coriolanus, & Themistocles: alii sibi ultrò perpetuum exilium indixerunt, ut Scipio, alii ruris abdicarunt: alii denique violentas sibi manus intulerunt.

Canis.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Canis animal est domesticum, custodia, & venationi accommodum, à Græco etymo κων ita dictum, ut placet Isidoro. Alii à canore latratus quem edi deducunt. Varro à canendo derivat, quòd tam venando, quàm custodiendo vocem signum præbeat.

CANUM ÆSTIMATIO,

CURA, AMOR.

Telemachus apud Homerum in concionem cum prodit: αὐτὰρ τῶν γὰρ δῶο κύνες ἀγῶν ἐπαύοντο.

Simul hunc canes duo comitantur, Odys. β. l. 8.

Apud Virgilium Evandro procedente.

Nec non et gemini custodes limine ab alto

Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.

Agnoscit sanè Homerus menfarios canes, & voluptatis animique causa alios, non tantum ut venationi adhiberentur.

Ange.

Alexandro, ob quæ facta canis nomen fortitus vulgo esset. A Quia respondit, dantibus ablatior, non dantibus oblatro, malos etiam mordeo.

Præfagium obreftationis. Conjectores volunt, eum, qui per somnium imaginatur canem se videre, moveri velut præfagio, quod obreftatorum calumniis sit exponendus.

Petulantie signum. Milites, qui petulantur Juniores appellabantur sub Magistro militum per Illyricum, canem luticam in palma rubra præferebant, in cuius medio orbis erat lutei coloris, canis superne pedibus, quoad fieri poterat, exporrecis.

Immunditie. Ex lege Pompeja de patriciis, unâ cum patricia canis culco infuitur, ut hominem sceleratum significet, qui patrem necaverit. Ita Virgilius, canes immundos appellat in Georg. obsecro Horatius, quod in propatulo, & passim coeant. Unde Plutarchus scribit, canem in arcem Atheniensem admitti nefas fuisse, aut Delum insulam attingere legatur. Laert. lib. 4. Quere à canibus lanati, ut. de Morie. In canes prodigi. Vide Prodigialitas. Canes dono dati. Vide munera. Canes domare, cicurare. Quere Domitores bestiarum.

Canities.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Canities canis, Græcè, est albedo capillorum, qualem in seni bus crinitus: & à candore deducitur, ut vult Perrotus, sive à κάρα, quod est album facere.

Canities causam Aristoteles docet excrementum putrefcens. Cum enim calor ob suam imbecillitatem, excrementum quod ad cutem deserit, unde oriuntur capilli, decoquere non valet, fit, ut collectum putrefcat. Albet autem capillus, quia humiditas possessa ab externo calore ob defectum caloris nativi, vertitur in flatum: is flatum inter terræ contentus, candido imbutur colore, ut in carne parietum apparet, cui canities respondet. Quidam tamen putant ex ariditate albedinem provenire, ut in ossibus patet, & cera soli admota. Verum hanc opinionem refellit Arist. lib. 5. de gener. anima. cap. 5.

EXEMPLA HISTORICA.

Erginus filius fuit Clymenis, unus ex Argonautis. Cum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia, funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adolescens præter ætatem rationem jam canis accessit inter reliquos decertaturus. Irritus est autem à mulieribus Lemniacis, ob in tempestivam capitis canitiam, & proterbo locum fecit, hoc insignior, quod superatis omnibus athletis, pulcherrimam victoriam reportavit. Erasim.

Tyrthenus Tæcon, & Cycnus Trojanus, ætatis primordio flatim memorantur cani. Cal. lib. 13. cap. 7. A. L.

Pflaumis Acronis F. Camarinus, quadrage victor in Olympia, quantumvis juvenis, canis fuit. Proinde Pindarus hymn. 4. Olymp. canos ejus sic excusat:

Πρότῳ δὲ τῷ νῆϊ ἐν ἑσπέρῳ
ἔδιδότο ποταμὸν
καὶ τὸν κύνῳ.

D Pandora Indis populi, ut refert Ctesias, in convalli siti, ducentos vivunt annos, in juvena candidos habentes capillos, in senectute nigros. Plin. lib. 7. Val. lib. 8. cap. 14.

Celartum pueri ut plurimum cani sunt, ætate proveci colorem paternum assumunt. Diod. lib. 5. cap. 9.

Ludovicus dux Bavariz, cum uxorem Mariam Brabantinam occidi iussisset ob falsam suspicionem de milite quodam, horrendam noctu habuit visionem, ex qua subito canis factus est, & penitentia ductus, monasterium condidit Furstenfeld. Cuspin. in Lud. Bavarolo Imp.

Jacobus quidam Ofonius Erigeni in carcerem conjectus, adolescens etiamnum, una nocte incanuit totus. Lud. Vives in præfat. in Somn. Scipionis.

Legati duo apud Rodolphum Imper. alter canis capillis, & barba nigra, alter barba cana, & capillo nigro, cum hujus rei rationem Imp. reddere cogereutur: Ego, inquit primus canam habeo barbam, quia omnis mea cura fuit, ut ori satisfacerem, & gula, de nulla alia re sollicitus, idcirco caput manse cum suis capillis nigris, & mentum vestitum est barba cana. Alter

inquit, capilli mei, simul cum egressis fumi uterum matris meæ creverunt: post viginti quatuor annos demum erupit barba: E quæ cum eadem ætatem assequerit, quam nunc capilli habent, eundem quoque colorem fortietur. Culp.

Ex timore canicem sequi alimento vitato, historia nostra tempestatis sub Francisco Gonzaga Mantuæ Principe luculenter ostendit. Is Affinem suum lupulæ conjurationis, cum in turri porta Casaræ ad quæstionem, aut supplicium servari iussisset, nuntiatum est manè totum repente canem factum. Quod quasi prodigium flexit principis animum, ut ei propitèa, & veniæ, & vitæ fecerit gratiam. Julius Cesar. Scat. exercitatione 32.

* Canonicus. Canonici.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Canonici primùm dicti sunt certi quidam Clerici, à Canone, sive Regula ab Apostolis præscripta, juxta quam nihil commune habebant, ac vitam communem agebant eadem domo, sub Præposito aliquo, & simul in Ecclesiâ conveniebant ad munia Ecclesiastica obeunda. Dicebantur autem primitus Regulares, non Canonici: quod nempe Regulam Apostolorum servarent, quo nomine fecerentur ab aliis Clericis in particulari viventibus. Quando autem cepti sint appellari Canonici, non constat, cum alii à Pelagio I. alii à Gregorio, alii ab aliis Pontificibus appellationem inchoatam velint. Antiquam tamen constat, ejusque sit mentio in Concil. Arlænt. 4. Turon. 3. Moguntin. Aquigran. quæ celebrata sunt tempore Caroli Magni: & Ludovici Pii in Gallia.

* CANONICI REGULARES.

Unde?

Ridet Erasimus, quod Canonici vocentur Regulares. Ludovicus Vives ambitosum dicit, bis velle vocari Canonicum, cum Regularis, & Canonici sit idem, verum diximus, Clericos, qui juxta Apostolicam regulam vivebant in communi, appellatos primùm fuisse Regulares. Postmodum autem quidam eorum non contenti à Apostolicam vivendi normam sequi, tria insuper vota Monachorum ritu fecerit, atque exinde Canonici Regulares dici ceperunt. Canonici quidem à Canone Apostolorum: Regulares, quia juxta regulas aliorum Monachorum vivebant. Et inde manavit distinctio Canoniorum in Regulares, & saculares.

Quis instituerit, eorumque dignitas.

Ordo Canonicus, inter omnes alios primatum tenet antiquitate, doctrina, nobilitate, & sanctorum numero, ut scribit Joan. de Nigra Valle in suo Chr. Aug. Tiet. in suo propug. ord. Can. p. 1. c. 2. 3. &c. contendit ex hoc ordine emerisse Rom. Pont. Liv. Cardin. MDLXVII viros in Sanctorum numerum relatos, ducentos supra fidecem millia: & Ecclesiâ gubernavit hic ordo annis quingentis, & sex. Sit fides penes authorem.

Institutores hujus ordinis faciunt S. Augustinum, teste Pofidonio in vita ipsius Aug. c. 2. Et Vincent. in spec. bñf. 1. 26. c. 5. ita scribit. Ordo Canonicus, qui primùm ab Apostolis: postea ab August. regulante fuit institutus, cepit florere in Ecclesia S. Quintini Belvacensis, sub Venerabili & S. Junone Ecclesiæ illius Præposito. Accidit hoc anno salutis 1080. sub Gregorio VII. Quo etiam tempore per Galliam idem Ordo florere cepit: juxta Naucel. volum. 2. Chron. gener. 37. Consultat Lector Volat. 1. 21. in Austror.

Canonici Regulares in particulari quærantur in loco de Religione, & Religiosis, sub Reg. S. Augustini.

CANONICI SÆCULARES.

Canonicorum vitam olim juxta Apostolorum normam in communi fuisse certum est, tandem amor libertatis proprietatem inveniit, ut tempore sibi viveret, in eodem tamen loco communi, idque ad quædam D. Norberti, cujus vestigia adhuc superant plerisque Belgicæ locis, ubi Canoniorum ædes certo clausitro includuntur. Unde desinit in illi prima nominis ratio, quæ sumebatur ab observatione Regulæ Apostolicæ.

Si quis curiosus velit noscere, cur hodie Clerici illi, quos Canonicos vocamus, hoc nomen obtineant: Respondetur eisdem ex Acorio, l. 3. p. 2. Inff. moral. s. 11. Canonicos nunc dici à portione Canonica, sive pensione annua regulari, quæ eis tanquam stipendium distribui solebat, neque ulli pendebatur, quam qui in numerum Canoniorum erat cooptatus. Reliqui autem Clerici aliquid erogabatur ex oblationibus quotidianis incertis. Unde nihil determinatum habebant: Tandem

dem etiam lapsu temporis antiqua claustra abque clausula ulla evaserunt, quomodo Antuerpiæ, & alibi, ubi quidem Canoniorum ædes, quæ superant circum Eccles. Cathedralium conspicuntur, nulla tamen clausura existit, cum impermixtum etiam saculares in eodem loco morentur, sensum disciplina ad occasum vergente.

Itaque Canonicorum nihil aliam modò est, quam jus percipiendi præbendam, hoc est portionem certam, & ordinariam Canonici deputatam, vel saltem jus ferendi iustitiam, vel sustentiam in ipso Canoniorum collegio, & habendi sede in choro, & recipiendi quotidianas distributiones. Ita ut præbenda sit ipsa portio, quæ percipitur, quamvis in jure sapili confundantur.

DISTINCTIO.

Canonicorum sacularium alii sunt Cathedrales, alii collegiati. Priores vocantur, qui resident in Ecclesia Cathedrali, sicutque alii Clerici digniores, sicuti Ecclesia ipsa alias ratione cathedræ præcellit. Hinc Pontifex eius causas delegare solet, non minus quam aliis clericis dignitate obtinentibus, c. statum de scriptis. in 6. Licet alii oppositum teneant.

Collegiati sunt, qui resident in Ecclesia, in qua nullus est Episcopus. Et quædam collegiata vocantur insignes, ratione alicujus prærogativæ, aut eminentiæ, puta antiquitatis, jurisdictionis, aut alterius dignitatis. Aliæ vulgares, & absque eo titulo. Olim erant quidam Canonici Cardinales in Ecclesia Ravennate, qui aliis ejusdem Ecclesiæ præminebant: sed Paulus III. eos pares esse voluit.

OFFICIA.

Canonicorum officium est Preces horarias in choro decantare, & in Ecclesia sacra facere. Atque hoc sine olim, ut diximus, in commune vivebant, ut ita commodius ad Dei laudes decantandas convenirent. De quibus videtur Azor. & alii Summi. Pleraque enim consuetudo præscripta, & per superiores tolerata refrinxit, & à veriori rigore immutavit, ita ut per idoneos vicarios nunc passim munus suum in Ecclesia obeant, quæ causa etiam est, ut non modò in Canonicis, sed etiam in Episcopis eligantur, qui, utpote Ecclesiastici cantus ignari, divina officia decantare nequeunt. Et apud plerisque scemmati locum fecit, ut aves, quæ vocales aut canore non sunt, per ludibrium Canonicos appellent. Quocirca illustriss. Archiepiscopus Mechliniensis Math. Hovius, inter alia bene, C salubriterque ordinata, decrevit non solum, sed & introduxit, ut in Ecclesia sua Metropolitana, Canonici per se, Psalms, & divina concinerent. In eumque finem luculento certè legato distributiones quotidianas auxit, utque in omne ævum extenderetur supremis testamenti tabulis postularit. Obiit autem xxx. Maii an. m. dc. xv. De quo & illud memoria Canoniorum dignum, quod etiam inter censuram negociorum pondera, ætate matura, quotidie dum per valentidinem licebat, personaliter nocturnis officiis interesset, & Psalms decantaret, ratò, sed quod merito æmulentur Episcopi, & laudando exemplo.

DIGNITAS.

Canonicatus duntaxat habetur in jure simplex Beneficium. Quamvis canonici cathedrales cæteris clericis, qui majorem dignitatem non habent, præcellant dignitate. Quinimmo Canonici cathedrales dum in processione procedunt unâ cum Episcopo, præcedunt omnes Abbates Diteceses, quia unam Ecclesiam cum Episcopo constituunt. Ita Dom. Soto in cap. Quamvis §. Quamquam de præb. in 6. Cardin. in c. bone memor. Vide supra de dist. 10. Et Sed legatur de hoc argumento Joan. Molanus Theologus Lovanicus, qui illud post omnes alios exadè tractavit, evulgatis tribus libris de Canonicis.

* CANONISSE, SIVE CANONICÆ.

Quando cepit eorum Institutum, Disciplina. In Germania, & Belgio sunt Canonici Sæculares, quæ ad instar canonicorum Regularium vivunt, Divinas laudes, & preces recitant, non tamen sunt religiosæ, nec emittunt ullum e tribus votis Religiosis substantialibus. Præest illis una, quæ præpositis titulo gaudet, quæ etiam Clericis facularibus, sive capellanis imperat. c. Dilecti de major. ex obedient. Et quamvis ejusmodi canonicorum institutum non sit ab Ecclesia approbata, cap. indemitatis. s. supra dicta de elect. in 6. non est tamen jure damnata.

Regula autem Canonicorum edita est in Concil. Aquigranensi anno 1317. monente Ludovico Pio. Olim illis nuptiæ inhibitz, adeoque continentia voto adstrictæ fuerunt. L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

runt, ac disciplinam religiosam exactè servarunt. Modo liberioris sunt disciplina, & plerumque in eorum collegium cooptantur foemina illustres, quibus tamen licet ad vota sacularia transire.

In clementina attendentes, de statu monach. declaratur, ut per Ordinarium si exempta non fuerint, alios non nisi per eosdem, sed Apostolica auctoritate visitentur. Nisi, ut pleræque in Belgio, Principibus sub sint immediatè, quia sic ab his auctoritatem ordinarii accipere debent, ut bene notavit in auditio suo libro, quem jus Pontificium Novum inscripsit, Francisc. Zappus, Canon. & Officialis Antwerp.

* CANON.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Canon vox Græca varias habet significationes. Inter alias idem est, quod canna, sive virgula rectissima, à can. Hinc & secundò pro calamo, circa quem textores fila involuntur, accipitur. Vulgò tamen, quamvis id metaphoricè, usurpatur pro scripto, sive lege, juxta quam quid faciendum est. Hinc Canon etiam appellatur constitutio: Item cum addito, eoque vitum pro certo numero, aut catalogo: ut verbi gratia, cum dicitur F de libris sacris canon librorum divinarum, utpote ad quos regulam, pleræque fidei dogmata examinantur. Plures significationes quoque apud Bud. Adrian. Junium, Isidor. & alios Philologos.

CANON BIBLIORUM.

Vide tit. in Bibliis.

* CANONES APOSTOLORUM.

Canonum Apostolicorum, quos constitutiones Apostolicas vulgò dicimus, scriptores fuisse ipsosmet Apostolos in concilio primo Hierosolymitano, quæque iidem præcipiuntur tum pro majori parte decreta, colligitur ex verbis Clement. I. qui eisdem in unum volumen redigebat. Ita enim dicit. l. 6. constit. canonum c. 12. His igitur litteris missis (nempe Antiochie per manus Judæ, & Silæ) remansimus nos pluribus diebus Hierosolymis, conquirentes unâ, quæ in communem utilitatem ad correctionem spectabant, quod Turrianus de canonicis Apostolorum intelligit.

Sapron. bon. de agone Petri, & Pauli, existimat illos consecratos illis xv. diebus, quibus Paulus scribit, se cum Petro mansisse in civitate Hierosolymitana. Ad Gal. c. 1.

Pamphil. martyr. non in Hierusalem, sed Antiochia vult decretos: cui sententiæ favere videtur Innoc. I. Epist. 18.

Itaque licet in tempore, & loco non omnes æque conveniant, quamvis prior sententia probabilitatem habeat, tamen hoc apud omnes pro explorato est, Canonum istorum auctores esse Apostolos, & ab his certitudinem suam habere, ideòque, ut tales, venerandos, & in pretio habendos.

* PONTIFICIUM.

Quæ deinde Pontifices Romani pro Ecclesiæ regimine, & animarum salute decreverunt, etiam Canonum Ecclesiasticorum nomen obtinuerunt: quod velut normam continerent eorum, quæ agenda sunt ab Ecclesiæ filiis, & observanda: unde jus Canonicum vocantur Regulæ veterum Patrum, ad eandem vivendi normam instituta.

Est igitur nihil aliud jus Canonicum, quam quod actioes eorum, qui sunt in Ecclesia, ad finem æternæ beatitudinis dirigunt. Constat autem imprimis divina legis præceptis, consuetudine, & constitutionibus, quæ propriè Canonici vocantur, sive vel in generalibus conciliis decretae, vel à summo Pontifice sive solo, sive adhibito Patrum concilio: idque vel H motu proprio, vel aliquo interpellante factæ, & omnes indistinctè adstringunt. Ita M. An. Cuccibus, inff. Jur. Canon. tit. 2. lib. 1.

* CANON MISSE.

Vocatur à Patribus in sacrificio Missæ Canon, pars ipsius principalis, quæ & secreta est, & communiter Actio, immò & sacrificium appellatur. Rationem nominis, cur Canon appelletur, dat Gabr. Biel. l. 1. s. in Canon Missæ, quod Canon idem sit, quod institutio secundum Isidorum, & Papiam. Hæc autem verborum, & orationum connexio, quam Canonem dicimus, regulariter à Christo, à quo verba substantialia consecrationis accepimus: partim à SS. Patribus fuit instituta. Idque diverso tempore. De quo videtur Innoc. 3. Durand. in Rar. Quamvis à B. Petro penè omnia decreta fuisse infirmate videatur Gelafus Pont. Vocatur autem Canon missæ, verba, sive preces, à verbis, Te igitur clementissime Pater, usque ad finem Orationis Dominicæ secundum Alexandrum, alii tamen sentunt claudi illis verbis, omnis honor, & gloria.

Dicitur Canon, secretum Missæ, tum ratione operationis A secretissimæ, & absconditæ ab intellectu rationalis creaturæ nempe transubstantiationis panis in corpus, & vini in sanguinem Christi: tum ratione prolationis, ne tantum mysterium videretur, si ita palam diceretur.

Unde B. Dionysius in Eccl. hierarch. de ritu sacrificiorum differens, dicit, Græcos ridere solitos, existimantes verbis tam submissè pronuntiatis tantum inefficacium non posse.

Tellatur Gabriel supra, prius Canonem alta voce decantatum fuisse, quo factum, ut omnes eum scirent, & per vicus concineretur.

Quin pastores quidam in agro, dum super lapidem panem ponunt, & verba consecrationis pronuntiant, igne cælo demisso fuerunt absumpti. Ita *Gabr. supra. Et vide Tit. de Eucb.*

Appellatur quoque Canon, Actio: tum quod in eò peragitur augustissimum mysterium, videlicet consecratio tam sublimis, tum quod etiam preces nostræ Deo offerantur, & causa hominum per sacerdotem sacrificantem agatur apud Deum: unde meminit omnium circumstantium, ac vivorum, & B mortuorum.

Denique Sacrificium dicitur, quia in eo verè offertur, & immolatur Christus.

Quere Tit. de Sacrificio. §. De sacrificio nove legis.
*** CANON SANCTORUM.**
 Item CANONIZATIO.
Canon Sanctorum quis dicitur.

Quemadmodum supra diximus, Canonem sacrorum libro- rum accipi pro Catalogo, vel eorumdem numero: Ita & Canonem Sanctorum intelligimus catalogum hominum post hanc vitam cum Christo in cælis regnantium, quibus qui iudicio Ecclesiæ annuerantur, in Sanctorum Canonem referri perhibentur.

*** CANONIZATIO.**
 Quid sit?
 Canonizatio est publicum Ecclesiæ testimonium de vera sanctitate, & gloria alicujus defuncti: ac simul est sententia, qua decernitur, qui honores eidem in terris à viventibus in Ecclesia sine deferendi.

Canonizationis effectus est, ut qui canonizantur, inscribantur Catalogo Sanctorum, hoc est, jubeantur ab omnibus C haberi Sancti.

- II. Invocantur in Ecclesia publicis precibus.
- III. Tempa, & altaria Deo in memoriam eorum consecrantur.
- IV. Sacrificia tam laudum quam Eucharistiæ in honorem ipsorum Deo offeruntur.
- V. Dies etiam festivi iidem consecrantur, quibus eorum memoria recolitur.
- VI. Pinguntur eorum imagines, & in signum gloriæ, qua illustrantur, honorantur accenso lumine, sive cæreo.
- VII. Eorum reliquie preciosis thesibus includuntur ab hominibus publicè honorandæ.

Cui competat, ubi de illius usu in lege veteris.
 Constat in veteri lege, voluisse Deum à sanctis Scripturis annotari in particulari, gloriosam vitam, & mortem ipsorum, qui eorum tempore floruerunt, ut patet ex c. 44. Eccles. ubi Patriarcharum, & Prophetarum memorie celebrantur.

In nova lege Lucas in *Actis Apost.* canonizavit S. Stephanum, & Jacobum Majorem: item Petrum, Paulum, Barnabam, & alios: neque est ratio, cur Deus idem non velit fieri in eorum successores, sique eorum sanctitas explorata, ad solium testimonium ab illo acceperunt, ut putà miracula, & exempla. Meretur namque virtus illorum, ut à nobis laudentur, & celebrentur. Igitur canonizare Sanctos, ita ut in tota Ecclesia pro talibus habeantur, sique eorum sanctitas explorata, ad solium pastorem Ecclesiæ primarium pertinet, c. *Auditimus, cum ex eo, de vener. sanct. 19. c. vener. de testib.* Ad illum enim spectat proponere toti Ecclesiæ quid credendum, & agendum in iis, quæ sunt religionis.

Ocasio, & usus post tempora Apostolorum.
 Solemnis illa canonizatio, quam posterioribus sæculis adhibuerunt Romani Pontifices, non fuit in usu à temporibus Apostolorum. Primam enim fecisse existimatur Leo III. qui insigne Carolo Magno, & Hildebaldo Colonienfi Archiepiscopo, canonizavit solemniter S. Swithbertum, & Confessorum catalogo adscripsit. *Sur. Tom. 2. c. 9. decessit autem ann. 796.*

Postea Innocentius II. canonizavit S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, ann. 1130.

Alexander III. S. Bernardum Sanctorum catalogo adscripsit, ut ex vita ipsius constat. A quo tempore, quicumque in Ecclesia pro Sanctis habentur, auctoritate Romani Pontificis in Sanctorum numerum relati fuerunt.

Qui verò olim in Ecclesia pro Sanctis habiti fuerunt, neque enim dubium, quin statim sancti cœperint; factum fuit tacito consensu Pontificis, sine quo nullam vim habere poterat talis consuetudo: saltem post constitutiones Pontificum desuper emanatas.

Quibus quidem constitutionibus saluberrimis occasionem dederunt abusus, qui irreperant, quod populus aliquando pro beatis coleret damnatos. Ita Donatistæ proponebant colendos martyres suos, quos tamen constabat in hæresi occubuisse.

Et tempore S. Martini scribit Sulpitius, quod cum populus coleret nescio quem hominem mortuum pro Martyre, & B. Martino esset suspecta illa devotio, tandem eo orante, apparuit defuncti anima, & confessæ esse in inferno cruciari ob crebra perpetrata latrocinia.

Et Alexander III. cap. *Auditimus*, reprehendit quosdam, quod hominem in ebrietate mortuum, & occisum pro Martyre venerarent. *Videatur Azor. 1. 5. Institut. moral. c. 7.*

RITUS.
 Cum per Romanum Pontificem quis in numerum Sanctorum referretur, plura sanè solet indagare investigari solent, ut non temerè, neque ex affectu processisse constet. Pontificem in ejusmodi declaratione. Neque enim facile moventur Pontifices ad ejusmodi canonizationem faciendam: nisi à Regibus, Republica, aut viris primariis importunè sollicitentur, & agrè eo deveniunt: nisi fortassis evidenti sanctitatis alicujus miraculorum virtute testata ad id ultra impelleret. Ubi verò Pontifex exoratus est, committit Episcopis, qui de vita, moribus, conversatione, devotione populi erga canonizandum, & miraculis soletur, & sedulo, omni humano affectu postposito, disquirant, & processum de eis omnibus prosequant, & ad se mittant, signatum proprio nomine. Deinde processum committit examini aliquo S. R. E. Cardinalium, & Kotæ Auditorum, ut de illius sufficientia ad se referant, quæ processu illo continentur, ac sententiam etiam suam ipsi deponant. Postea in dicto confessorio, aliquis est collegio Oratorum brevi oratione recitat vitam, & miracula Sancti illius, quo publicè constat eum dignum canonizatione.

Eoque facto designatur dies solemnæ canonizationi, ante quem indicit jejunia, preces publicæ, aliaque pietatis opera, ut Deus Ecclesiæ suæ deprecanti adfuit. Unde omnino certum communiter habetur, Pontificem nunquam hic errare, at, ut id ipse credendum affirmat *D. Thom. quodlib. 9. q. 7. a. 16.* Quamvis enim hominum testimonia fallere possint, ne tamen in definiendo Pontifex fallat, neque deficiat, Deus, ut per se illum promittit, adjuvat, & veritatis spiritum, qui cum docet omnem veritatem, impartit.

CEREMONIÆ IN CANONIZATIONE
 OBSERVATÆ.

Peracto scrutinio, de quo supra, & causa canonizationis plenè cognita, factaque ipsi Pontifici secreta omnium informatione per Cardinalem de Monte, qui sacrorum Rituum Congregationi præest: convocatur primum in Palatium Apostolicum pro Beatis canonizandis Consistorium.

Deinde celebris habetur conventus, in quo Pontifex, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, sua pro canonizandis suffragia deponunt.

Tertio, solemnè ante actum canonizationis, cum universo Clero seculari, & ipso Pontifice in sella gestatoria circumlato, instituitur processio.

Quarto, Pontifex in Palatium digressus, prima instituit instantia pro canonizatione.

Quinto, Pontifex genuflexus, & pontificalibus induto, Litanie decantantur.

Sexto, finitis Litanis, fit secundò instantia pro canonizatione, apud Papam in folio sedentem.

Septimo, rursus Pontifex, & Prælati omnes sine mitris prostrati, secretè incumbunt orationi.

Octavo, fit dein ultima instantia. Qua facta declarat Pontifex esse Sanctos, quorum Canonizatio postulat.

Nono, cantat deinde orationem de Sanctis illis pro exigentia argumenti, & Diaconus Cardinalis, alta voce recitat Confiteor, inserto nomine Sancti recens canonizati.

Decimo, Pontifex lecta ex libro super adstantes oratione Precibus, & meritis, &c. solemnè impartit benedictionem. Unde

Undecimo, Inducitur paramentis Pontificalibus, & celebrat A Missam in altari Apostolorum Petri & Pauli.

Duodecimo, sub Offertorio Missæ præfata offeruntur duo ceteri prægrandes, duo panes, totidem vascula vini, tres sportule: quarum una continet partiturum, columbas duas altera, varias aviculas tertia.

Decimo tertio, Missa finita dat Pontifex Indulgentias plenarias, cum solemnè benedictione.

Decimo quarto, Solemnè instituitur Processio cum vexillis, & jubilo à templo S. Petri in Vaticano ad Ecclesiam, vel Ecclesias Sancti canonizati singulari aliqua devotione preparatas, in quibus cantantur collectæ, ac extremum Deo gratiæ referuntur.

Canonizationes in particulari, quare in loca de honore. Tit. Divini honores hominibus tributi.

*** CANONICÆ HORÆ.**
 QUÆ, ET CUR ITA DICTÆ.

HORAS Canonicas eas preces intelligimus, quæ ad Deum laudandum statim horis, sive publicè in Ecclesiæ officio, sive privatim, à Clericis majori ordine insignitis aut beneficiatis performantur, vel decantantur: juxta ritum sacris Canonibus præscriptum. Itaque quod definitis horis nocturnis diurnisque recitentur, horarum nomen obtinuerunt. Et quia juxta sacrorum Canonum præscripta ordinantur, Canonice appellantur. Dicuntur etiam officium Ecclesiasticum, pensum clericorum, officium divinum.

Numerus.
 Septem sunt istiusmodi præces, quarum antiquitus in octo eas partentur, videlicet, Matutinum cum laudibus; (olim enim hæc nocturnis precibus dividebantur:) Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium.

Typi, fundamentum, & significatio.
 Horarum septenarius numerus in sacris Litteris fundamentum habet, ut in quibus repetimus horas illas, quibus hæc performantur, celebratas fuisse, & divinis laudibus deputatas. Ita David in *Psalms*, Vespere, mane, & meridie orabo, & annuntia- bo laudem tuam, &c. Item *Ps. 118.* Septies in die laudem dixi tibi, ubi septenaria hæc deprecatio insinuat. Deinde, in matutinis meditabor inter te. Et, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Daniel enim in captivitate, statim horis ascendebat superiora domus, ut oraret. *Et in Actis Apost.* Petrus, & Joan. ascendunt ad templum, ad horam orationis nonam.

Fortassis significata fuerunt per septem tubas, quarum sonitu muri Jerichantini corruerunt. *Jos. 6.* Item in septem candelabris Ecclesiæ. *Apo. 1. septem lampadibus. Exod. 25.* Significatur autem per septem hæc horarias preces septem mysteria redemptionis nostræ, quæ comprehendit *Gloss. c. 1. de celest. Missar.* his verbis.

Hæc sunt septenas preces quæ psallimus Horas, Matutina ligat Christum, qui crimina purgat. Prima vespere spiritus: causam dat Tertia mortis: Sexta Crucis nescit: laus ejus Nona bipertita: Vespera deponit: tumulo Completa reponit.
 Aliæ significaciones videantur apud *Azor. 1. 10. Institut. moral. c. 1.*

INSTITUTIO.
Vide Vigilie Christianorum.

Jam ab Apostolorum temporibus Clericis statim horis nocturnis, diurnisque ad templum convisite in Ecclesiam, ut Deo D Palmos, & laudes decantarent, constat ex *Chem. 18. Constit. Apost. c. 30.* ubi tale extat decretum. Precepciones facite mane, tertia hora, & sexta, & nona, & vespere usque ad galli cantum. Atque earundem horarum meminit *Cyprian. in Expos. orat. Dominice* circa finem. Basilium particulatim in *Reg. copios. disp. Interrog. 37. 19. ferm. de Institut. Monachor.*

Idem *D. Hieronym. Epist. 22. ad Eustob.* Horam tertiam, inquit, sextam, nonam, Diluculum quoque, & Vesperas, nemo est, qui nesciat. Et dicit: Paulam Romanam, Mane, Hora Tertia, Sexta, Nona, Vespere, Noctis medio, per ordinem Palatium decantasse. *Epist. 28.*

Legatur *Chrysostom. hom. 54. ad pop. Antioch. Ambros. 1. 7. in Lucam c. 13. de virginibus.*

Fuit ergo consuetudo diebus singulis hæc preces performendi, quam deinde Pelagius I. & cum secuti Pontifices, jussertim lege lata observari: unde frequens eorum mentio in Conciliis, & Pontificum decretis. Falsique ex- hinc fuere Polydorus, & alii, dum novitiam, & non nisi à tem- *L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.*

pore Pelagii, istiusmodi institutionem scribunt: nisi velint, tum demum lege præceptam observari.

Initium verò harum precum sumitur à versiculo, Deus, in ad- jutorium meum intende: idque exemplo Moysis, inquit, *Abulen. Num. c. 10.* qui simile quid precabatur, rogamus enim, ut Deus dirigat nostram Psalmodiam.

Quosnam obligent.
 Communis est sententia, ad harum precum recitationem ti- tere perfolvendam adstringi omnes, qui sacro ordine Subdiaconatus insigniti sunt, aut beneficium Ecclesiasticum obtinent. Omnes denique Religiosi profecti ad Chorum destinati, etiam antequam sacris ordinibus initiarentur. Quod item obtinet in Sanctimonialibus. Idque sola consuetudine ubique recepta, ut tenet Cajetanus in summa, verbo horæ Canonice. Cetera videantur apud Summistas.

EXEMPLA.
 Sequuntur exempla nonnulla, quibus docetur quàm pia sit harum precum institutio, quanteque devotione eadem à variis fuerint perfoluta, Deoque grata.

Ab Angelis intraducta Psalmodia.
 Non solum *D. Paulus Apostolus* scribens ad *Ephesios, c. 5.* docuit (ait Baronius) quomodo psallendum sit in Ecclesia, sed & virtutes Angelicæ docuerunt. Socrates enim hæc de Ignatio testatur. Ignatius Antiochia, quæ est in Syria, tertius à Petro Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipis multum versatus est, visionem vidit Angelorum sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium; & formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Unde illa traditio ab omnibus Ecclesiis recepta est. Sed alior, atque certior ejus rei fides habetur, cum de Seraphim stantibus supra thronum, atque clamantibus, & alternis vicibus, & sublimis facta est illa manifestatio Isaia. Bodem planè modo ab Esicenis, quorum res gestas Philo illustri memorie commendavit, Deo laudes alternatim cantu solitas, ejusdem auctoris testimonio expressum habetur. *Baron. tom. 1. Annalium, an. 60. Ex Philone.*

Ambulans S. Gudunalus Archiepiscopus aliquando per mare, & preces in navi Deo perfoluturus, laudæque, & gratiarum actiones oblaturus, cum dixisset more Ecclesiastico, Deus, in adjutorium meum intende: Angeli subjunxerunt, Domine, ad adjuvandum me festina: & ita totum officium alternis vicibus cum viro Dei explevere. Denique prospero cursu omnis ille Domini exercitus ad terras delatus est. *Enejus vita apud Sur. som. 2. die Junii 6.*

Preces horarie non interrumpende.

Rem parvam dicturi sumus, sed tamen nostro proposito valde congruam. Carolus Imperator S. Lugdunum Episcopum Monasteriensem ad se pro quadam Reipublice utilitate evocari fecit. Qui cum secundum præceptum ejus venisset, & juxta palatium mansionem accepisset, primo statim mane, missa ad eum Rex cubiculario ipsum ad se venire præcepit. Ea ipsa hora perfolvendis ex more Curibus cum suis insitebat. Cumque his expletis se venturum nuncio respondisset, & hoc Regi ille retulisset, secunda quoque vice, & tertia ad eum accerendum misit, sed ille divinum servitium cunctis aliis rebus anteponendum esse non ignorans, omnino venire distulit, donec ceptam psalmodiam consummaret. Qua finita in conspectum Regis cum venisset, eum, cur ad imperium suum venire contempnisset, interrogavit. Ad hæc ille vultu intercipio, mente constantiori: Ego, imperator, inquit, tum semper præceptum ita in omnibus exequendum putavi, ut tamen Deum tibi ubique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum omnes norunt, omnes fatentur. Hoc & ipse mihi præcepisti, quando pastoralis curæ sollicitudinem mihi commendabas: ut Deo primum servitium scirem: post hæc tuis consequenter imperiis cognoscere esse obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc justissimæ discretionis regulam fecutus; Deum tibi, & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo: neque tuum esse credidi, quod huic justitiam, & præcipacissimæ rationi contrarium esset. Ideo non regie potestatis inhonorationem, & contemptum, ut malevoli criminantur, sed potius propter suam salutem, quæ Deo debebam, exolvere curavi: & ita consequenter ad tum expediri servitium veni. Hanc ejus responsum Rex optumis amplexus: Gratias, inquit, habeo Episcopo: quia qualem te esse credidi semper, talem te nunc esse expertus sum. Tus ut hæcenus scisciti, Dei semper operare voluntatem, & simul nobis devotus, & fidelis pro nostri imperii statu orare memento. *In vita S. Lugduni, apud Sur. c. 32. 26. Martii.*